

FRANCISCUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI dilecto Filio **Ioanni PACCOSI**, e clero archidioecesis metropolitanae Florentinae ibique hactenus Curioni paroeciae Iesu Bono Pastori in oppido v.d. *Casellina* dicatae, Episcopo Sancti Miniati electo, salutem et Benedictionem.

Quem pro nobis Infantem in saeculo natum nos libentissimo accipere paramus animo et Ipse est Magister qui discipulorum vultos decussans nostram intellegit esuriem cum Eo et occurrendi et manendi neque umquam ab Eo secernamur Redemptore (cf *Io* 1,35-39; *Rom* 8,35). Tanta quidem excitati caritate, mentem Nostram ad communitatem Sancti Miniati convertimus, quae post translationem Venerabilis Fratris Andreae Migliavacca ad dioecesim Arretinam-Cortonensem-Biturgensem, suo caret legitimo Pastore. De te, ergo, dilecte Fili, cogitavimus, qui propter ministerium presbyterale hucusque expletum humanis sacerdotalibusque dotibus necnon rerum agendarum peritia ornatus videris atque idoneus ad munia episcopalia exercenda. Proinde, audito consilio Dicasterii pro Episcopis, Apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, te **Episcopum Sancti Miniati** libenter constituimus, debitis datis iuribus congruisque impositis obligationibus huic adnexis officio. Ordinationem episcopalem ubivis extra Urbem, servatis liturgicis normis, a quolibet catholico Episcopo accipere poteris; tuum autem erit prius fidei professionem facere atque iusiurandum fidelitatis erga Nos et Successores Nostros dare, ad ecclesiasticae legis normas. Hoc de Nostro decreto edoceas volumus clerum et populum tuae dioecesis, quos omnes invitamus te patrem, magistrum et custodem colendissimum habere, dum Dominum rogamus, qui praestet tibi, ut, Beata Maria Virgine ab Assumptione et sancto Genesio intercedentibus, una cum christifidelibus tuis apud Iesum manentes eius divinam protectionem experiri valeatis et pacem.

Datum Romae, Laterani, die vicesimo quarto mensis Decembris, anno Domini bismillesimo vicesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

Franciscus
FRANCISCUS PP

Francesco Vescovo, Servo dei Servi di Dio al diletto figlio Giovanni Paccosi, del clero dell'Arcidiocesi metropolitana di Firenze dove, fino a questo momento, è stato parroco della parrocchia di Gesù Buon Pastore a Casellina, ed ora eletto Vescovo di San Miniato, salute e apostolica benedizione.

Il Bambino che viene nel mondo per noi e che noi ci prepariamo con grande gioia ad accogliere è quello stesso Maestro che, incrociando lo sguardo dei discepoli, comprese il nostro desiderio di uomini; così, i discepoli andarono e rimasero con lui né mai, da allora, noi siamo stati separati dal Redentore (cfr. Gv 1,35-39 e Rom 8,35).

Provocati da tanta carità abbiamo rivolto la nostra mente alla comunità della diocesi di San Miniato che, dopo il trasferimento del Venerabile Confratello Andrea Migliavacca alla diocesi di Arezzo-Cortona-Sansepolcro, è priva del suo legittimo Pastore. Abbiamo pensato a te, Figlio diletto, che, per le virtù umane e sacerdotali che hai dimostrato nell'esercitare finora il ministero presbiterale unite alle abilità pratiche, ci sei sembrato degno di esercitare il ministero episcopale.

Perciò, sentito il parere del Dicastero per i Vescovi, in virtù della nostra potestà apostolica, ti costituiamo volentieri Vescovo di San Miniato, con i diritti e i conseguenti obblighi propri di questo ufficio.

Potrai ricevere l'Ordinazione Episcopale fuori di Roma ovunque tu voglia, da qualsiasi Vescovo cattolico, secondo le legge liturgiche stabilite; ma prima è necessario che tu emetta la Professione di Fede e il giuramento di fedeltà a Noi e ai Nostri Successori secondo le formule ecclesiastiche stabilite.

Inoltre renderai noto al Clero e al Popolo della Tua diocesi questo Nostro decreto, affinché tutti ti riconoscano e ti accolgano come loro Padre, Maestro e Pastore.

Chiediamo al Signore, per l'intercessione della Beata Vergine Annunziata e di San Genesio, che tu e tutto il popolo di Dio fedele a te affidato possiate sperimentare la sua pace e la sua protezione.

Dato a Roma, in Laterano, il 24 Dicembre 2022, decimo del nostro Pontificato.

Francesco Papa